



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Friderici Forneri Theologiae Doctoris Canonici Ecclesiae
Collegiatæ diui Stephani Bambergæ, De Temulentia
Malo, Eiusque Remediis, Variis Item Scitu Iucundissimis,
nec non vtilissimis de rebus, quæ in ...**

Förner, Friedrich

Ingolstadii, 1603

Cap. XXV. Modestia seruanda in comestionibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45433

quando pœnituit, tacuisse nunquam. Si nec istud proficiat, à confesso potius iudico abscedendum, exemplo Sancti Patris Augustini, ni alia quadam re introducta, venenati sermones queant interrumpi.

CAPVT XXV.

Modestia seruanda in comestionibus.

Breui methodo omnia, quæ hîc latè tractari possent, comprehendit spiritus sanctus, in Ecclesiastico. *Vtere quasi homo frugi, his, quæ apponuntur: Vt non cum manducas, multum odio habearis. Cessa prior, causa disciplina: & noli nimius esse, ne fortè offendas. Et si in medio multorum sedisti, prior illis ne extendas manum tuam, nec prior poscas bibere.* De eadem re S. Bernardus. *Obscuandus, inquit, est cibi modus, & terminus & quantitas: fugienda quoque sunt superflua, & adulterina condimenta. Obscuandus est modus, vt non effundat, qui comedit, animam suam super omnem cibum: Tempus, ne ante horam. Qualitas, quibus vritur communitas fraternitatis, excepta caussa manifesta infirmitatis.*

Eccl. 31

In Epist.

quadam.

Quorundam immodestia taxata.

Modestia itaq; quam hîc inuestigamus, præcipuè cernitur in gestu corporis componendo. Nonnullos est reperire, qui confestim, vbi accubuere, ad indicandam insatiabilem gulæ ingluuiè, & abdominis cupiditatem, insolita, immodestissimaq; membrorū omniū mobilitate afficiuntur. Oculis totâ perlustrant mensam, omnes perrant dapes, anhelant cupidis faucibus, prurientib⁹ dentib⁹, properant, scindunt frangunt, perunt, rapiunt, vorant, non vt homines, gn poti⁹ vt famelici canes: nondū quod ori ingesserunt, est deglutitū, & aliud, vt buccæ vtricularum instar rurgeant, inuehitur: Plus oculis quàm ore, plus

ore

ore, quàm stomacho capitur, ac deuoratur. Memi-
nerint itaq; præceptorum, quæ facili Methodo sapi-
ens Ecclesiasticus compendiosè præscribit. *Vtere*
quasi homo frugi his quæ apponuntur: ne te instar por-
corum ad lintres accurrentium, contento impetu
ad mensam effundas: ne properes quasi omnia tra-
ctu vno, quæ aliis quoq; vnà tecum apposta sunt,
voraturus: ne ineptis gesticulationibus, omni ho-
nestatis ratione postposita, nauci te hominem, atq;
brutorum instar, ad pastum abiectum esse, demon-
stra. Cur hæc? Vt non, cum manducas, multum odio ha-
bearis. Quis enim huiusmodi belluinos mores non
despiciat? non contemnat? non detestetur?

**I. Præcep-
sum Mo-
destiæ in
comeden-
do.**

Cessa prior causa disciplina. honoris ergò, noli po-
stremus esse, in delicandis dapibus, ne Pamphagus
aliquis, aut Milo Crotoniates, habearis.

**II. Præcep-
sum Mo-
destiæ.**

Noli nimius esse ne fortè offendas. Noli ventricu-
lum cibus nimium infercire, quamobrem? Ne fortè
offendas, ne lædas, ne dissipes bonam corporis
valetudinem; ne fortè offendas, ne mentis statum
euertas.

**III. Præ-
ceptum
Modestiæ.**

Et si in medio multorum sedisti, si ad conuiuium es
vocatus, prior illis ne extendas manum tuam, nec prior
poscas bibere. aliis conuiuis, te forsan dignioribus,
honorem non præcipe, epulas capiendo, aut potum
postulando: quin omnibus velis esse posterior.
Hæc breui compendio dicta, hic sufficiant, qui plu-
ra volent, aliunde petant, ab iis, qui de
moribus scripsere,

**IV. Præ-
ceptum
Modestiæ.**

